



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXI. Vt nullo modo episcopus de parochia in aliam parochiam transeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

bris, id est quintodecimo die mensis Octobris, quem
Hyperberetæon Græci nominant. In ipsis autem
Conciliis adsint presbyteri & diaconi, & omnes
qui se læsos existimant, & Synodi experiantur exa-
men. Nullis vero liceat apud se celebrare Concilia,
præter eos quibus metropolitana videntur esse iu-
ra commissa.

ANNO
CHRISTI
341.

XXI.

Episcopus ab alia parochia nequaquam migret
ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi co-
actus a populis, nec ab episcopis necessitate com-
pulsus: maneat autem in ecclesia quam primitus
a Deo sortitus est: nec inde transmigret, secun-
dum pristinum de hac re terminum constitutum.

XXII.

Episcopus alienam ciuitatem, quæ non est illi
subiecta, non adeat: nec ad possessionem acce-
dat, quæ ad eum non pertinet super ordinationem
cuiusquam: nec constituat presbyteros, aut dia-
conos alteri subiectos episcopo, nisi forte cum con-
silio & voluntate regionis episcopi. Si quis autem
tale aliquid facere tentauerit, irrita sit eius ordina-
tio, & ipse coerceatur a Synodo. Nam si ordinare
non potuerit, nullatenus iudicabit.

XXIII.

§. q. r. Epi-
scopo non
liceat pro
se.

Episcopo non licere pro se alterum successorem
sibi constituere, licet ad exitum vitæ perueniat.
Quod si tale aliquid factum fuerit, irritum esse hu-
iusmodi est constitutum. Seruetur autem ius ec-
clesiasticum, id continens, oportere non aliter fie-
ri, nisi cum Synodo & iudicio episcoporum, qui